



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

50. Universis & singulis &c. Monitorium die 21. Maii 1707. videre specialis
Chirographi Pontifici expeditum contra Pro- Regem Neapolit., & alios
secularis potestatis Officiales ob violentam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

replicare l'Ariette, sotto pena di tre tratti di corda da darli in publico, ed altre pene pecuniarie, e corporali ad arbitrio di esso Monsignor Illustrissimo Governatore, secondo la qualità delle persone. Et alle publiche Meretrici proibisce di andare al luogo delle publiche Comedie sotto pena della frusta.

Di più vuole, & ordina à tutti, e singoli Cocchieri di qualsivoglia sorte, e condizione, & ad ogn'altra persona, che guidi, e conduca carrozze, o cocchi d'ogni sorte, che nel portarsi è Teatri conduchi il suo cocchio senza farlo correre, ed apprettar gl'altri, che fossero avanti; nè tenti levare il suo luogo à nessuno, e si atenghi di far strepito, forza, violenza, rissa, o contrasto, così di parole, come di fatto, guidando, ed accostando il suo cocchio al luogo destinato con quiete, ed in tempo opportuno & abile; E subito smontate le persone, che conduce, debbia, se non è impedito, ritirare il cocchio in luogo largo, e distante dal Teatro, per non far confusione, e dar impedimento agl'altri. E con l'istesso ordine, quiete, ed attenzione debbia poi finita l'Opera riaccostrar il cocchio, e prendere le persone, che deve condurre sotto pena in ogni contravvenzione alle sudette cose, di tre tratti di corda in publico, ed à questo basterà la semplice relazione, ed esame de'Sbirri; Nel caso però, che per colpa di ciascuno di essi restasse offesa qualche persona, debba soggiacere ad altre pene maggiori arbitrarie, oltre le pene contenute ne'Bandi generali, e particolari emanati sopra simili materie.

Avvertendo ciascuno alla totale osservanza del presente Editto, perche si procederà contro li Trasgressori all'esecuzione di dette pene anche ex officio, e per inquisizione, ed in ogn'altro miglior modo. E vuole, che il presente Editto affisso, e pubblicato alla porta del Palazzo della solita Residenza di esso Monsignor Illustrissimo Governatore, nella Piazza di Campo di Fiore, e nel luogo, dove si recita l'Opera, oblighi, ed astringa ciascuno, come se gli fosse stato personalmente intimato. Dato in Roma dal Palazzo della nostra solita Residenza questo dì 5. Gennaio 1721.

A Falconieri Governatore, e Vice-Camerlengo.

Gio: Carlo Felici Notaro per la Carità.

Die mense, & anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie, ac in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Philippum Cardum Illustriss., & Reverendiss. D. Alma Urbis, ejusque Districtus Generalis Gubernatoris Mandatarium.

MONITORIA MEMORABLIA

Illustriss., & Reverendiss. Auditoris Generalis Camerae Apoftolicae.

Juxta temporis seriem disposita.

MONITORIUM

Die 21. Maii 1707. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Pro-Regem Neapolit. & alios Secularis Potestatis Officiales ob violentam expulsiōnem Archiepisc. Surrentini de Civitate Surrenti, & Regno Neapolit. quia ipse Ecclesiasticam Immunitatem, & Episc. auctoritatem strenue defenderat.

Carolus de Marinis Protonotarius Apostolicus utriusque Signaturæ SS. DD. NN. PP. Referendarius, nec non Curia Causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor. Romanæque Curia Juxta Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latorum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque universalis, ac merus Executor, nec non Juxta à SS. D. N. PP. in infra scripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentis nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino &c.

S. I. Noveritis, quod hac infra scripta die comparuit coram Nobis Perillustis, & Excellentissimus Dominus Franciscus de Gambis Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Camerae Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit, quod cum Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Philippus de Anastasis Archiepiscopus Surrentinus in Regno Neapolitano, occasione Sacræ Visitationis suæ Diocesis, & præsertim Parochiæ sub invocatione Sanctorum Prisci, & Anielli ac Cappellæ Sanctissimi Rosarii, juxta veterem suorum Prædecessorum consuetudinem, & juxta præscriptum Sacri Concilii Tridentini, demandasset moneri, & sub censuris compelli Gubernatores Laicos, vulgò, Mastri, Administratores earundem Parochiæ, & Cappellæ, ad reddendas rationes eorum administrationis, iidem Gubernatores, nacta temporis opportunitate, ex dilatione unius mensis ad ipsorum preces, & instantiam ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo præfato ipsis concessa, pro toto posse jurisdictionem Ecclesiasticam lædere, impedire, & oppugnare contenderunt, ex quo multa, & quidem gravissima Ecclesiasticæ libertati, & Immunitati præjudicia illata fuerunt; Quoniam in primis ad D. Regentem Januarium de Andrea, tanquam Regiæ jurisdictionis Delegatum recurrentes, ab eodem literas datas die 27. Novem-

bris

Archiepiscopus Surrentinus moneri sub censuris Gubernatores Laicos ad reddendam rationem administrationis Parochiæ, & Cappellæ sibi subjectarum in actu Diocesis Visitationis.

bris 1700. eidem Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo directas impetrarunt, quibus prædictus D. Regens notificavit antedictas Parochiam, & Cappellam, tanquam Regales Extauritas, exemptione à jurisdictione Ordinarii potiri, idèquè insinuavit revocationem citationis, & censuratum, si forte late fuissent, tanquam Regiæ jurisdictioni præjudiciales, & exinde per Dominicum Casabonam, prænominatæ Regiæ jurisdictionis Cancellarium, ex condicto ad Civitatem Surrenti profectum, ipsi Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo retentione præmissa, & quod a pretenda ulteriori redditione rationum ablineret, nomine tam Illustrissimi, & Excellentissimi Domini tunc existentis Proregis Neapolis, quam prædicti Domini Regentis de Andrea seribit, ac minis admixtis explicari curarunt; & postremò sub die 31. Januarii 1701. expediti obtinuerunt literas, quas hortatorias, vocant valituras pro prima; secundâ, & tertiâ, à prædicto Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Prorege, & DD. Regentibus Regiæ Collateralis subscriptas, quibus prædictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus, per verba non levem terrorem præseferentia, monitus fuit, ut novitatibus (quemadmodum erroneè supponebatur) in eisdem enunciatis non studeret, & præsertim, quod Monitorium contra prædictos Governatores Laicos; vulgò, Matrî; revocaret: quibus literis, & Dominico Casabonæ Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopus respondit, quod ipse in hoc negotio, ne suo muneri deesse videretur, præscripta à Sacris Canonibus, ac à Sacro Concilio Tridentino servaverat, allegans ulterius Jura, veterem consuetudinem suorum Prædecessorum, & Decreta non semel super hac ipsissima re à Sacra Congregatione Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum emanata; & insuper, quod memorati Governatores malum Jus forent, quandoquidem non docebant, nec docere poterant de præsens exemptione, & fundatione dd. Parochiæ, & Cappellæ, & uberius etiam mediante Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Nuncio Neapoli pro Sanctâ Sede Apostolicâ existente Ministris Regios de totius rei æquitate, & iustitia doceri curavit.

§. 2. Cumque Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus post longum temporis intervallum animadverteret quod pro parte ipsorum Governatorum de industria negotium in longum traheretur, & quod nihil ab iis videbatur esse sperandum tandem versus finem mensis Februarii anni 1702. contra eosdem Governatores, numero undecim, uti jam contumaces per biennium circiter in reddendâ ratione, ultimam citationem cum insertione decretorum prædictæ Sacræ Congregationis Concilii exequi decrevit, & subindè Sententiam excommunicationis protulit, absolutionem præfata Sacræ Congregationi reservando, & Cedulones subindè affigi mandavit. Dum hæc agebantur, & respectivè jam acta fuerant, D. Regens Nicolaus Guasconus Marchio Acerni, in officio Delegati Regiæ jurisdictionis successus, literas sub die 24. d. mensis Februarii Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo dedit, ipsum objurgando, & monendo, ne ad ulteriora procederet; alteram postmodum ipsemet Illustrissimus, & Excellentissimus D. Marchio de Viglienas modernus Prorex Regni Neapolis die 18. sequentis mensis Martii conscripsit, qua Illustrissimum, & Reverendissimum D. Archiepiscopum ad revocandum censuras, & cedulones, tanquam injustos amovendum, non sine minis, & perterritationibus proceden-

di, ut aiebat, ad solita remedia œconomica monuit. Quoniam verò idem Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus in responsionibus utriusque repetiit Jura, & rationes, quas pro suis muneris debito non negligendas esse duxerat, dictus D. Regens Guasconus secundis literis datis 10. Aprilis, Illustrissimo, & Reverendissimo D. Archiepiscopo notificavit, ut documenta suorum Antecessorum & Jura, mediante Persona sibi benè visa transmitteret, ut inde Regium Collaterale, ultimam hujusmodi rei imponere posset; quod quidem Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus rectè animadvertens, quàm à Sacrorum Canonum præscriptis alienum foret, si hujusmodi causam merè Ecclesiasticam in Foro Laicali cognosci, & decidi sineret, peragere noluit, spondens tamen præfata Jura se transmissurum Illustrissimo, & Reverendissimo D. Nuncio, ut iis pro sua prudentiâ ureretur; Quare prædictus D. Regens Guasconus tertio literas die 27. dicti mensis Aprilis datas eidem Illustrissimo, & Reverendissimo D. Archiepiscopo rescripsit, certiorum eum reddens, quod ipsius responsio in Regio Collaterali Consilio relata, mentem Illustrissimi, & Excellentissimi D. Proregis summopere turbaverat, indequè ejusdem Illustrissimi, & Excellentissimi D. Proregis sensus, & manda aperiens, subdidit se acturum quidem cum Illustrissimo, & Reverendissimo D. Nuncio, si censuras, vel revocasset, vel excommunicatos, saltem cum reincidentia, absolvisset, aliàs Excellentie Sæ incubuisset onus defendendi Regiam jurisdictionem omnibus provisionibus, ut vocant, œconomicis; Ipse verò Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus respondit non posse amplius in censuris jam latis seingere, quoniam absolutio prænominatæ Sacræ Congregationi Concilii reservata fuerat.

§. 3. Postmodum, cum Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus Neapolim se contulisset, accepit per manus d. Domini Casabonæ literas sub die 9. Maii d. anni 1702. subscriptas à prædicto Illustrissimo, & Excellentissimo D. Marchione de Viglienas Prorege, & DD. Regentibus Regiæ Collateralis, quibus vocabatur Neapolim, injuncto insuper præcepto pœnali de non discedendo. Quæ cum ita se haberent, Ministris Regiæ undequaque satagentes Illustrissimum, & Reverendissimum D. Archiepiscopum à Juri-bus suæ Ecclesiæ tendis retrahere, eundem in personis ejus consanguineorum indirectè vexare moliti sunt, atque idè DD. Januarius de Anastasis, Dominicus, & Petrus pariter de Anastasis ipsius frater, & patrum respectivè in publicum carcerem facti fuerunt. Verum, ut primum innovit, Sanctissimo D. N. Clementi PP. XI. tam gravis offensa libertati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ illata, idem Sanctissimus D. Noster, per literas Secretariæ Status datas die 4. Novembris dicti anni 1702. demandavit tam Illustrissimo, & Reverendissimo D. Archiepiscopo, ut confestim, & absque ullius participatione ad suam Archiepiscopalem residentiam rediret, nec ex ea amplius discederet, nisi de expreso ordine, & mandato Sanctitatis Sæ; quàm Illustrissimo, & Reverendissimo D. Nuncio, ut cuncta Illustrissimo, & Excellentissimo D. Prorege patefaceret; Quapropter Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus, Pontificis mandatis, ut par erat, obsequendo, suæ Archiepiscopali residentie se restituit, ubi postquam per sex circiter menses fuisset commoratus, die Dominico 20. mensis Maii anni 1703. Emanuel de Espedal Vicariæ Criminalis Judex, una cum Carolo Manfredo Scriba, & N. vulgò, Portiero d. Vicariæ, ac triginta circiter Birruariis, Surrentum venit & ad audientiam

Propterea à Laica potestate acerbè vexatur, & censuras revocare monetur.

Archiepiscopo Neapolim profecto injungitur à Laicali potestate præceptum pœnale de non discedendo: ejus insuper Consanguinei carcerantur, & ipse Archiepiscopus Surrentum reverens indè exculare jubetur.

Illu

Idem Governatores recurrunt ad Laicam potestatem, quæ illos tendens suscipit, & Archiepiscopo advertatur.

Archiepiscopus præfatos Governatores excommunicat, reservata censurarum absolutione S. Congregationi Concilii.

Illustrissimi, & Reverendissimi D. Archiepiscopi admissus, eidem nomine d. Illustrissimi, & Excellentissimi D. Marchionis de Viglienas, d'acordo, ut dixit, col Regio Collaterale, sacrilegè extractum, autoritate laicali intimavit, eà lege indicta, ut infra terminum sex horarum à Civitate Surrentina, ac subindè à toto Regno discederet; Quapropter Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus, vim vi repellendo, prædictum Emanuelem mucrone excommunicationis percussit, ac Civitatem Surrenti, ejusque Dioccesim Ecclesiastico Interdicto supposuit.

Tenor trium Edictorum Laicalis potestatis Surrenti promulgatorum, quibus commercium cum Archiepiscopo omnibus interdicitur, ejusque redditus, & proventus sub sequestro ponuntur.

§. 4. Præfatus verò Emanuel, ad ulteriorem ordinum executionem progrediens, transacto termino sex horarum, tria Edicta promulgavit, & affigi jussit, tenoris sequentis, videlicet: Philippus Dei gratia Rex. Don Emanuel de Espedal Miles Hispanus V. J. D. Judex Magna Curia Vicarie in Criminalibus, & per S. E. ad infrascripta specialiter deputatus &c.: Havendo risoluto S. E. precedente accordo del Collaterale, che l'Arcivescovo di questa Città Monsignor Anastasio frà il termine di sei hore si partisse da questa medesima Città, e conseguentemente dal Regno, come inconfidente di S. M., e de' suoi Reali Dominii, e come inobbediente dell'autorità Reale, e perturbatore della quietudine de' suoi Vassalli, da noi se li è fatto notorio sopra di ciò, d'ordine della prefata Eccellenza; e come che detto Monsig. Arcivescovo non ha curato partire, anco in esecuzione dell'ordine dato da S. E., habbiamo fatto il presente, col quale dicemo, & ordiniamo ò tutte, e qualsiviano Persone Cittadine, e forastiere di qualunque grado, e conditione si sia, che da hoggi avanti, sotto pena d'indignazione di S. M. non attribiscano à trattare col detto Arcivescovo per qualsivoglia causa, e figurato colore, e così eseguiscono &c. & acciò venga à notizia di tutti, ordiniamo, che la detta copia del presente si affigga nelli luoghi soliti di questa Città. Sorrento li 20. Maggio 1703. Don Emanuel de Espedal. Carolus Manfredus Actuarius ass. &c.: Philippus Dei gratia Rex. Don Emanuel de Espedal Miles Hispanus V. J. D. Judex M. C. V. in Criminalibus, & per S. E. ad infrascripta specialiter deputatus &c.: Essendoci stato ordinato da S. E. dovessimo procedere al sequestro di rendite temporali dell'Arcivescovo di questa Città di Sorrento Monsignor Anastasio, come inconfidente di Sua Maestà, e suoi Reali Dominii, e come inobbediente dell'autorità Reale, e perturbatore della quietudine de' suoi Vassalli, habbiamo fatto il presente, col quale dicemo, & ordiniamo à tutte quelle Persone debitori al detto Arcivescovo per ragione d'affitti, rendite, e qualsivoglia causa non paghino somma alcuna à beneficio di esso Monsignor Arcivescovo, nè à persona da lui destinata, ò destinanda, ma le tenghino rispettivamente in loro potere, per depositarli in potere della persona, che sarà per tale effetto destinata da S. E. à disposizione della medesima, & acciò venga à notizia di tutti, ordiniamo, che copia del presente si affigga nelli luoghi soliti di questa Città, e così eseguano per quanto hanno cara la grazia Regia, sotto pena di onze d'oro venticinque per ciascheduno contraveniente, e di pagare de' loro proprii denari F. R. &c. Sorrento li 20. Maggio 1703.: Don Emanuel Espedal. Carolus Manfredi Actuarius ass. &c.: Philippus Dei gratia Rex. D. Emanuel de Espedal Miles Hispanus V. J. D. Judex M. C. V. in criminalibus, & per S. E. ad infrascripta specialiter deputatus &c.: Essendoci stato ordinato da S. E. dovessimo procedere al sequestro delle rendite temporali di Monsignor Arcivescovo di Sorrento di questa Città Monsignor Anastasio, come inconfidente di S. M., e d'essi Reali Dominii, come inobbediente dell'autorità Reale, e perturbatore della quiete de'

suoi Vassalli. Habbiamo havuto notizia, che il medesimo esigga un deritto detto il decimo dalli Marinari di essa Città; che però habbiamo fatto il presente, col quale dicemo, & ordiniamo alli Marinari predetti, & ad ogni altra persona, che pagasse il detto deritto, che da hoggi avanti non lo paghino à beneficio detto Monsignor Arcivescovo, ò di altra persona destinata in suo nome, mà il tenghino in loro potere, per depositarli in potere delle persone, che destinarà S. E., e per tale effetto, à disposizione della medesima; e così eseguano per quanto hanno cara la grazia Regia; e sotto pena d'onze d'oro 25. per ciascheduno contraveniente R. F. Sorrento li 20. Maggio 1703.: Don Emanuel de Espedal. Carolus Manfredus Actuarius ass. &c.: summo manè verò diei Mercurii 23. die mensis Maii, iterum prænominatus Emanuel, in societate prædicti Caroli Manfredi Scribæ, Capitanei Justitiæ, vulgò Birruariorum Baroncelli, aliàque magnà Militum, & Birruariorum copia, numero sexaginta circiter, Surrentum profectus, & obfesso intus, & extra Palatio Archiepiscopali, ad mansiones Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi penetravit, & ad ejus præsentiam accedens, cuidam Officiali Militum Personæ ipsius Illustrissimi, & Reverendissimi D. Archiepiscopi cura, & custodia commissa, eidem Illustrissimo, & Reverendissimo D. Archiepiscopo mandata d. Illustrissimi, & Excellentissimi D. Marchionis de Viglienas Protegis exposuit, autoritativè denuncians, ut e Regno omninò discederet, nec sineret ad alias violentias progredi; quandoquidem ad ejusdem ejectionem omnimode exequendam erant parati.

§. 5. Quare d. Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus vi compulsus, è Palatio, in sede portatili ductus, discedens, Militibus, & Birruariis partim circumdatus, partim verò præcunctibus, aliisque infrequentibus, ad litus Maris delatus, ibique Cymbam Navicularii Christophori Migliaci, à prædicto Emanuele datà operà conductam, unà cum suis familiaribus, & aliis quibus rebus conscendit, & quidam Caporalis Birruariorum cum quinque ejus focis alteram Cymbam pariter conscendit, à quibus semper in itinere associatus, tandem Terracinam transvectus, jussus est cum suis descendere, coactus Ecclesiam suam Sponsam relinquere factus, è propria Archiepiscopali Residentià, Diocesi, & toto Regno, cum maximo dedecore ejectus fuit, rebusque aliis in processu Causæ, & Caufarum hujusmodi latius deductis, ad quem &c. prædicta omnia committendo tam conjunctim, quàm divisim, & aliàs omni &c. singula singulis congruè referendo, non solum &c. sed & omni &c. super quibus &c. Cumque, ut idem D. Procurator Fiscalis subjungebat, Illustrissimus, & Reverendissimus D. Archiepiscopus non multo post, supra dictis omnibus impeditis, remotis, ad suam Archiepiscopalem Sedem reversus fuerit, Sanctissimus D. Noster Clemens Papa XI. spem indubiam exindè concepit auctores, & complices expulsionis hujusmodi, causæ justitiæ cognita, quæ per se evidenter patet, propriæ conscientiæ consulturos, adeoque integraliter Ecclesiæ tam enormiter læsæ fore satisfacturos; præsertim cum illos, ut ea, ad quæ tenebantur, promptiori, atque alacriori animo peragerent, paternè admoneri, omnibusque Apostolicæ indulgentiæ mediis exhibitis, quodammodo allici, atque impelli, non semel, atque iterum, sed pluries, ac pluries, ut notissimum est, quàm diligentissimè curaverit. Verum, cum quarto jam labente anno res adhuc infecta remaneat, illiute tot cohortationes, & monita minimè auscultaverint; Imò ed negotium hujusmodi adductum sit ut nihil amplius sperandum videatur,

Archiepiscopus Surrento discedere, ac exulare armata manu compellitur.

Idem violentè ejectus, & Cymbæ impositus Terracinam transvehitur.

Non multo post eodem Archiepiscopo ad suam Sedem predictam permissur: Complures tamen expulsiones Ecclesiæ factis facere, suæque conscientie consulere renum.

deatur, iustitia profectò suadet, & Ecclesiastica Immunitas exigit, ut lesio tam notoria, & scandalosa, ac summo per libertati Ecclesie præciosissima, canonicis remediis corrigatur; Quare presentato, & exhibitò tandem Nobis Chirographo manu ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ jampridem, scilicet die 15. mensis Junii anni 1703. signati tenoris sequentis, videlicet.

Monignor Carlo de Marini Auditore Generale della nostra Camera Apostolica. Havendo Noi havuta piena notizia, con particolare afflizione dell'animo nostro della violenta espulsione di Monignor Filippo Anastasi Arcivescovo de Sorrento, fatta per ordine del Marchese di Viglienas Vicerè di Napoli, coll'acordo del Regio Collaterale, ordinassimo al Dotto Filippo Antonio Torti Luogotenente Criminale del vostro Tribunale, che ne dovesse fabricare prontamente il Processo, anco con esaminare detto Monignor Arcivescovo, il che eseguito: Noi udito il parere della Congregazione de' Cardinali sopra l'Immunità Ecclesiastica, non volendo, che una lesione così enorme, e sacrilega inferita alla dignità Arcivescovale alla libertà, e giurisdizione Ecclesiastica, resti impunita, se bene voi, & il vostro Tribunale, come Esecutore generale delle lettere Apostoliche, potessivo procedere in questa causa in vigore delle vostre facultà; nondimeno à maggior cautela, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta preservando primieramente tutte, & ogni altra ragione, che intorno à ciò potessero in qualunque modo, e tempo competere al nostro Fisco, avocando à Noi, in quanto faccia di bisogno, questa causa da qualunque Tribunale, Congregazione, e Giudice, & havendo qui per espresso il contenuto del Processo fabricato d'ordine nostro, come se di parola in parola vi fosse stato inferito: con il presente nostro Chirografo la commettiamo a Voi, e vostro Tribunale, nello stato, e termini, nella quali si ritrova, con tutti li suoi annessi, e connessi, emergenti, e dipendenti; anche con la clausola quam, & quas &c. ad effetto, che non solo in virtù delle vostre facultà generali, ma anche in vigore di quelle, che vi concediamo con questo nostro Chirografo procediate à dichiarare incorsi in tutte, e singole pene canoniche il suddetto Marchese di Viglienas Vicerè di Napoli, li Regenti del Regio Collaterale, Emanuele Espedal Giudice della Vicaria Criminale, & altri Esecutori, Assiliatori, Complici, & ogni altra persona, che si trovasse colpevole nel suddetto processo, contenuti nel Processo già fabricato, & che si scoprissero in avvenire nella prosecuzione di esso, se giudicavete di farla: & affinché più facilmente possiate ciò eseguire, vi concediamo ancora la facultà, anco rimossa ogni appellazione, richiamo, ricorso, opposizione di nullità etiam ex tribus, & altre ordinarie, & straordinarie, di poter citarli, anco per Editto, costando anco sommariamente, & esragiudicialmente, e quanto vi parerà, che basti, del non tuto accesso; volendo, e decretando, che il Monitorio, & Monitorii, che intorno à ciò si spediranno da voi, e vostro Tribunale, affissi, che saranno in Roma alla Basilica di S. Pietro, alla Curia Innocentiana, e in Campo di Fiore, & alle Chiese Cattedrali, & maggiori delle nostre Città di Terracina, Rieti, Ascoli, e Civita vecchia, e delle nostre Terre di Norcia, Subiaco, e Ceprano, luoghi più vicini al confine del Regno, vagliano, & habbiano la loro forza, e vigore, come se personalmente fossero stati citati, moniti, & intimati, derogando, in quanto sia di bisogno à questo effetto, e per questa volta solamente, alle Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche fatte, & ordinate anche nei Concilii Generali, e particolarmente à quelle delli nostri Predecessori Bonifacio VIII. e una, de Innocenzo III.

nel Concilio Generale Lateranense de duabus diebus, & ogn'altra cosa, che facesse in contrario, ancorche bavesse bisogno d'espresa, specifica, & individua mentione, il tenore delle quali tutte, e singole, vogliamo, che si habbia qui per espreso, & inserto di parola in parola, e che il presente nostro Chirografo vaglia, & habbia il suo pieno effetto, vigore, & esecuzione con la sola nostra sottoscrizione, e benchè non sia registrato nelli libri della nostra Camera, nè in altro modo sia servata la forma della Costituzione di Pio IV. nostro Predecessore de registrandis, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo, è che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obrezzione, & subrezzione, mancanza della nostra volontà, & intenzione, nè qualsivoglia altro difetto, benchè degno di espresa, speciale, & individua mentione, e che non si possa diversamente interpretare, & giudicare; dichiarando nullo, & irrito tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, & ignorantemente si facesse, & si attentasse, non ostante quanto à tutte, e singole cose premesse, qualsivoglia Costituzione, & Ordinazioni Apostoliche, Concilii anco Generali, Statuti, usi, consuetudini, Decreti, indulti, e Privilegii, sotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concesse motu proprio, e con qualsivoglia Clausole, e Decreti, alle quali tutte, & singole, etiam di più volte confermati, benchè ricercassero speciale, & individua mentione, havendo li loro tenori per espresi, di simil moto proprio, e pienezza della nostra assoluta potestà espressamente, per questa volta sola, e per gli effetti suddetti, pienamente deroghiamo, per che tale è la nostra certa, espresa, e determinata mente, e volontà. Dato nel nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 15 Giugno 1703.

CLEMENS PAPA XI.

Petit, & summa cum instantia postulavit, sine præjudicio tamen procedendi suis loco, & tempore contra alios in præfenti Monitorio non nominatos, & in præmissis huc usque repositos, vel in posterum repertiendos culpabiles, tam ex causâ prædictâ expulsiõis, quam cujuscumque alterius læsionis immunitatis, libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ, ac omnium, & singulorum Jurium hæcenus quomodolibet, & qualitercumque Fisco acquiritorum, & competentium, suis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de Jure, & de stylo protestandis, expresse protestatur, itaut protestatio hujusmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum nostrarum literarum Monitorialium, & in toto processu desuper in posterum fabricando, & non alias &c. quatenus sibi literas monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præferto Chirographo designatis, affendas, exequendas, & publicandas, cum pro illis exequendis in Civitate Neapolis, & alibi, ubi dictus Illustrissimus, & Excellentissimus D. Marchio de Viglienas Pro-Rex, & prædicti Domini Regentes Regii Collaterales, aliique inferius nominati, moram trahunt, & morari solent; tutus non pateat accessus, in formâ solitâ decernere, & concedere, & alias de opportuno Juris remedio providere dignemur.

§. 6. Nos igitur Carolus de Marinis Judex, Executor, & Auditor prædictus, attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, in vim ordinariæ nostræ autoritatis præfertoque Chirographo Nobis, ut præfertur, presentato inhaerentes, ac etiam facultatè in illo Nobis, nostroque Tribunali attributa utentes, constitutoque Nobis per Testes fide dignos, de mandato nostro examinatos ad dictam Civitatem Neapolis, & prædictos Illustrissimum, & Excellentissi-

Instantia
Procuratoris
Fiscalis.

mum

Quapropter Summus Pontifex per speciale Chirographum A. C. committit, ut contra ejusdem Archiepiscopi expulsores, & expulsiõis Complices procedat ad præscriptum facorum Canonum.

A. C. Monitorium decernit contra omnes d. violentæ expulſionis. aliorumque exceſſuum Reos.

Ob non tutum acceſſum ad locum, ubi moniti deſunt, mandatum Monitorium Romæ, & in conſinio diſtinctionis Eccleſiaſticae publicari, & affigi.

Nomina Expulſorum, & expulſionis Conſistorum, qui citantur, & monentur ad comparandum, & allegandum cauſam quare &c.

num D. Marchionem de Viglienas Pro-Regem, & Dominos Regentes Regii Collateralis, alioſque citandos, & monendos, pro præſentibus noſtris monitorialibus literis exequendis, tutum non patere acceſſum, peritas literas monitoriales concedendas, & in locis infradiendis exequendas, & publicandas fore, & eſſe duximus, & mandamus per præſentes. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore præſentium, committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus viſis eiſdem præſentibus, per præſens publicum noſtrum Edictum, in Romana Curia in audienciâ publicâ literarum contradicatarum Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ legen., & ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Curie Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra eam in conſinibus hujus Status Eccleſiaſtici, verſus Regnum Neapolis, nempe in Civitatibus Aſculanâ, Reatinâ, Terracinen., & Civitatis Vetulæ, & in Terris Nurſiæ, Sublaci, & Ceprani, per affixionem, publicationem, & executionem ad Valvas Cathedralium, & majorum Eccleſiarum reſpectivè, ex parte noſtrâ, immò veriùs Apoſtolicâ authoritate, pro nunc, & ſine præjudicio facultatis procedendi ſuis loco, & tempore contra alios, tam in præmiſſa, quàm in aliâ quâvis cauſâ læſiva Immunitatis, libertatis, & Jurisdictionis Eccleſiaſticae repertos, vel reperiendos culpabiles, quàm facultatem Fiſco, & Nobis expreſſè reſervamus, ſupradictos *Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Marchionem de Viglienas Proregem, & DD. Regentes Regii Collateralis, ſcilicet Nicolaum Gualconum Marchionem Acerni, Januarium de Andrea, Gregorium Mercado, & Seraphinum Biſcardum, ac Andream Guerrero, tunc alterum ex Regentibus Regii Collateralis, & nunc Regiæ Camera Summarie Locumtenentem, nec non Emanuelem de Eſpedal Judicem Vicariæ Criminalis, Carolum Manfredum Scribam ejuſdem Vicariæ, N. Portiero diſtæ Vicariæ, N. Officialem Militum vulgò Alfiere, N. Capitaneum Juſtitie vulgò Baroncellum Birruariorum, N. N. N. N. N. N. uſque ad numerum ſexaginta, Milites, & Birruarios, omneſque alios in executione præſentium nominan., & cognominan., citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eodem harum ſerie citamus, monemus, & requirimus primo, ſecundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra trium menſium ſpatium, quorum primum pro primo, ſecundum pro ſecundo, tertium pro tertio; ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ in Judiciò coram Nobis, vel infraſcripto Perilluſtri, & Excellentiſſimo D. Philippo Antonio Totto Locumtenente noſtro in Criminalibus Generali, legitime comparuiſſe, & comparere, ad deducendum, & allegandum Cauſam quare non debeat ipſos, & eorum quemlibet in omnes, & ſingulas cenſuras, & pœnas in Sac. Canonibus Conciliis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bullâ in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari ſolitâ, contentas, inſlictas, impoſitas, & comminatas, incidiſſe, & incurriſſe declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas quacumque deſuper neceſſarias, & opportunas decerne, & relaxari, ac ad omnes, & ſingulos actus de, & ſuper præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſarios, & opportunos procedi, nec non reſpectivè ad videntum ſeſe in cenſuras, & pœnas hujusmodi incidiſſe, & incurriſſe declarari, ipſique D. Procuratori Ficali Generali Jus & Juſtitiam miniſtrari; Certificantes eodem *Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Marchionem de Viglienas Proregem, & DD. Nicolaum Gualconum Marchionem Acerni, Januarium de**

Andrea, Gregorium, Mercado, & Seraphinum Biſcardum Regentes Regii Collateralis, ac Andream Guerrero tunc pariter Regentem, & modò Regiæ Camera Summarie Locumtenentem, nec non Emanuelem de Eſpedal Judicem Vicariæ Criminalis, Carolum Manfredum Scribam ejuſdem Vicariæ, N. Portiero diſtæ Vicariæ, N. Officialem Militum vulgò Alfiere, N. Capitaneum Juſtitie vulgò Baroncellum Birruariorum, N. N. N. N. N. N. uſque ad numerum ſexaginta Milites, & Birruarios, omneſque alios, quos tangit, ſic citatos, & monitos, quòd, ſi in dicto termino ipſis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel Dominus Locumtenens Criminalis infraſcriptus nihilominus, ſervatis terminis de ſtylo Curie ſervari ſolitæ, ad omnium, & ſingularum cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſus declarationem, & executionem, cedulo norumque dictæ excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque reſpectivè, & ad omnia alia neceſſaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, ſivè procedet, juſtitia mediante, eorum abſentia, & contumacia non obſtante. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentiana Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ſeptimo. Indictione decimâ quintâ, die verò vigefimâ primâ menſis Maii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Clementis Divinâ Providentia Papæ XI. Anno Septimo.

Philippus Antonius Tottus Locumtenens, & Judex deputatus.

Paulus Fatius Curie Cauſarum Camera Apôſt. Not.

Deventum poſteâ non fuit ad Sententiam declaratoriam incurſus Cenſurarum, aliarumque pœnarum in prædicto Monitorio contentarum, quoniam, priuſquam elaborerentur termini in eo præfixi, D. Prorex Neapolitanus, & alii in eodem Monitorio nominati, ac citati debitam, & congruam Eccleſiaſtiſſimè ſatisfactionem præſtiterunt adeoque juſſu Sanctiſſimi ritè abſoluti fuerunt.

P R A E C E P T U M

II.

Die 30. Julii 1707. vigore ſpecialis Chirographi Poſtifici expeditum, quo omnibus Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus in toto Regno Neapolitano exiſtentibus mandatur, ut Dominicum Garopholum Provinciæ Calabriae ultra olim Præſidem, ab Archiepiſcopo Rheginen. ob violatam Immunitatem Eccleſiaſticam excommunicatum, & à decennio, & ultra inſordelcentem, ſingulis diebus Dominicis, & Feſtis, in eorum quicque Eccleſiis, Candelis accenſis, & pulſatis Campanis, palam, ac ſolemniſter excommunicatum, & aggravatum denuncient, ejuſque communionem evitent, & ab aliis evitari curent.

Carolus de Marinis Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius, nec non Curie Cauſarum Camera Apoſtolicæ Generalis Auditor, Ramaneque Curie Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, ac merus Executor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus, nec non ad infraſcripta à Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Papæ XI. ſpecialiter delegatus.

Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, ac Dominis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ